Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0002-6

13879.

1662, 17

21

Q. D. B. V.

EXERCITATIONES ACADEMICÆ.

AD. IV. LIBROS.

# INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

*QVARUM.*

DECIMAM QVINTAM.

AD. TIT. XXIII, XXIV, XXV, LIBRI. II.

PRÆSCITU. AC. PERMISSU.

MAGNIFICI. JCTORUM. ORDINIS.

MODERATORE.

VIRO.

*NOBILISS. CONSULTISS. EXCELLENTISS.*

D. BARTHOLOMÆO. LEONHARDO. SCHVVENDENDORFFERO

J. U. D. ET. INSTIT. P.P.

*AD. D. XXVI. MARTII. ANNO CHRISTIANO M. DC. LXII.*

PUBLICÆ PLACIDÆQUE JURISPERITORUM DISQUISITIONI IN ACROATERIO JCTORUM.

H. L. Q. C.

SUBJICIET.

ANDREAS LEO, HOLSATUS.

A. & R.

---

*LIPSIÆ,*

LITERIS. CHRISTIANI. MICHAELIS.

46. Ge. A. G. Böſchenio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0003-1

VIRO

Generoſo ac Nobiliſſimo

**Dn. ALBERTO à SCHULENBURGK,**

**in Belgershayen / etc.** Hæreditario,

Supremæ Curiæ Provincialis Lipſiæ Aſſeſſori

Graviſſimo,

*Lycéi Electoralis, quod Grimmæ èſt,*

Inſpectori optimè merito.

Evergetæ, Patrono ac Promotori ſuo omni obſervantiâ

æviternùm Colendo ac devenerando

*Hanc Diſſertationem Juridicam,*

Ad declarandam animi ſui gratitudinem demiſſe

offert ac dedicat

Reſpondens.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0004-7

# A. J.

ABſoluto Tractatu de Legatis ac L. Falc. juſto nunc ordine agit Imperator de Fideicommiſſis & SC. Trebell. ac Pegaſiano, ob ſingularem, quam inter ſe habent, cognationem: Nam & legata fideicommiſſis per omnia ſunt exæquata, *a)* & ſicuti Lex Falc. de Legatis dodrantem hæreditatis ſuperantibus: Ita SC. Pegaſian. de fideicommiſſis quartam detrahere docet.

§. I. Fidei commiſſa unde dicantur, neminem latere poſſe arbitror. Originem ſumſerunt teſtante Imperatore *b)* ex incidenti uſu ac neceſſitate. Cum enim quidam v. g. mulieres ob L. Voconiam, *c)* orbi & cœlibes ob L. Papiam, (ſub Octaviano latam à Conſtantino Imperat. autem correctam *d)* peregrini & ſimiles directò hæredes inſtitui nequirent, neq; tamen omnino incapaces eſſent, remedium hoc adinventum eſt, quo alii directò hæredes inſtituti ejusmodi Perſonis hæreditatem, vel ejus partem, aut rem ſiugularem reſtituere rogabantur. Sed cum nulla lege ad fideicommiſſa reſtituenda cogerentur, meræ voluntatis erant & ex fide atq: arbitrio hæredis pendebant, *e)* Ideoq; Imp. Auguſtus Conſules primùm Authoritatem ſuam interponere juſſit; Claudius vero ſingulari ult. voluntatum favore motus duos conſtituit Prætores, qui fideicommiſſis præeſſent, & de iis extra ordinem cognoſcerent *f)* (unde & Perſecutiones extraordinariæ dicuntur Fideicommiſſariæ cognitiones *g)* horum unum Titus detraxit, ut unus tantùm remaneret, qui dicebatur Prætor fideicommiſſarius, *h)* eò quòd in civitate, ſicut in Provinciis Præſes *i)* de fideicommiſſis Jus diceret. Atq; ita fideicommiſſa facta ſunt neceſſitatis, *k)* eorumq; cognitio Jurisdictionis perpetuæ, cum prius quotannis Magiſtratibus i. e. Conſulibus demandari ſoleret. *l)*

a) §. 3. I. de Legat. l. 1. ff. de Leg. 1. l. 2. C. comm. de Legat.

b.) §. 1. I. h.

c.) vid. Bachov. ad pr. J. h.

d.) l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib.

e.) § 1. & fin. J. h.

*f.)* l. 2. §. 32. ff. de O. J.

*g.)* l. 178. ff. de V. S.

*h.)* l. 78 §. 6. ff. de Leg. 3.

*i.)* l. 5. C. d. Reb. Cred.

*k.)* d. §. 1. & f. h. l. f. C. de fideicomm.

*l.)* teſte Sueton. in vitâ Claudij c. 23.

§. II. Conſtituto jam Magiſtratu Fdeicommiſſorum ordinario, *m*) tanta eorum in teſtamentis facta fuit frequentia ut, ſicut anteà Legatis, *n*) ita nunc fideicommisſis totam ſæpius exhaurirent teſtatores hæreditatem. *o*) Hinc irritæ fiebant ultimæ teſtantium voluntates hæredibus ſcriptis vel metu damni & litium, hæreditatem ſuſpectam dicentibus *p*) (actiones quippe in hæredem in ſolidum dabantur licet tota, reſtituta eſſet hæreditas) vel ob nullum aut minimum lucrum eam adire recuſantibus. *q*) Quod ferendum non erat, cùm publicè quoq; expediat, ſuprema hominum judicia exitum habere *r*) & præterea apud Romanos ſumum erat opprobrium non habere hæredem. Unde & remedium de ſervis neceſſariis hæredib. inſtituendis inventum eſt. *s*)

§. III. Imperante ideoq; Nerone, Trebellio & Senecâ Coſſ. (quos tamen cum Pegaſo Puſioneq;, *t*) in faſtis Conſularibus inter Coſſ. non reperiri obiter notandum eſt. Ratio videri poteſt apud Bacchov *u*) comprobata à Weſ. & Harpprechto, eod.) SC. primò factum eſt in favorem tam hæredis quam fideicommiſſarii, *x*) inprimis verò ipſius teſtatoris, *y*) quo conſtituebatur, ut hæredis loco eſſet fideicommiſſarius univerſalis, omnesq; actiones hæredi & in hæredem competentes in ſolidum in eum darentur, & quidem utiliter, directò enim nequeunt, *z*) manent qvippe actiones directæ per hæreditatis aditionem ſemel acquiſitæ apud hæredem directum, tanquam ſucceſſorem in univerſum Jus defuncti, *a*) ſemel namq; hæres factus, ipſo jure hæres eſſe non deſinit, *b*) licet maximè alii reſtituatur hæreditas, *c*) quia hæreditas juris eſt, *d*) & ſolâ L. datur, *e*] ideoq; per ea, quæ facti ſunt, v. g. ut hæreditas alii reſtituatur, non adimitur. *f*) Sic & venditâ hæreditate actiones utiles emptori competunt, *g*) & Prætor dando bonorum poſſesſionem utiles ſolùm tribuit actiones. *h*)

§. IV. Atq; hæc ita, ſi totam hæreditatem hæres reſtituere rogatus eſſet, ſi vero dodrantem vel eo minus, aut partem aliquam; ex SC. Trebell. itidem reſtituebatur hæreditas actionib. autem cum omnib. comodis ac incommodis inter hæredem & fideicommiſſarium pro ratâ diviſis. *i*]

*m*.) de quo Chiflet, d. Jur. Fideicomm. l. 1. c. 3. Donel. l. 7. comment. c. 15.
*n*.) pr. I. de L. Falc.
*o*.) §. 5. I. h.
*p*) l. 1. §. 3. ff. ad Sc. Trebel. l. 45. eod.
*q*) d. §. 5. I. h.
*r*.) l. 5. ff. Teſtam. quemadm. aperiant. l. 1. C. d. SS. Eccleſ.
*s*.) §. 1. I. d. hær. qual. & diff. l. 1. & t. t. C. d. nec ſerv. hær. inſtit.
*t*.) de quibus §. 5. h.
*u*.) ad d. §. 5. in fine h.
*x*.) l. 1. §. 4. ff. ad Treb.
*y*.) arg. pr. I. d. l. Falc. & d. l. 1. §. 2. inf.
*z*.) Mynſ. ad §. 3. h. n. 2. & ad §. 6. verb. Sc. Treb. n. 1. eod.
*a*) l. 24. ff. de V. S. l. 37. ff. de acquir. hæred.
*b*.) l. 7. §. 10. ff. de minor. l. 88. ff. de hær. Inſt. l. 4. C. de Jur. delib.
*c*.) §. 3. J. h.
*d*) l. 119. ff. de V. S.
(*e*.) §. 1. J. de bon. poſs.
(*f*) arg. l. 35. ff. de R. J.
(*g*) l. 5. C. de hær. vend.
(*h*) d. §. 1. J. de bon. poſs.
(*i*) §. 6. I. h. t.

§. V. Atq; ita per hoc SC. metu quidem damni liberatus fuit hæres *k)* ſed nullum potuit certum ſperare lucrum, ideoq; non ſatis conſultum fuit ultimis voluntatibus hoc SC. Quapropter regnante Veſpaſiano, Pegaſo Puſioneq́, Coſſ. aliud introductum eſt SC. quo I. de Fideicommiſſis ultra dodrantem hæreditatem exhaurientibus quartam detrahere hæredi fuit conceſſum *l)* II. Si hæreditatem adire ſcriptus hæres nolebat, deſiderante fideicommiſſario à Prætore extra ordinem, puta indictâ multâ, aut captis pignoribus *m)* cogebatur *n)* quo caſu omnino ſecurus erat hæres, concurrente utroq; SC. Pegaſiano ſcil. quo adire ac reſtituere cogebatur, & Trebelliano, quo totâ hæreditate reſtitutâ omnes tranſibant Actiones. *o)*

§. VI. Cogi autem potuit deſiderante fideiCommiſſario univerſali, in quem tranſire queunt Actiones, *p)* non ſingulari, etiam indemnitatis cautione oblatâ, *q)* niſi teſtator fuerit miles. *r)* Si teſtator alterius, puta Mœvii hæreditatem reſtituere rogaverit, neq; teſtatoris neq; Mœvii adire cogend° eſt hæres *s)* idem obtinet pendente conditione inſtitutionis; *t)* niſi talis ſit conditio, quæ à Prætore ſolet remitti *u)* (Ratio eſt in l. 5. §. 3. 4. ff. qan. dies legat.) vel in dando conſiſtat, aut facto ac poteſtate hæredis. *x)* ſed & pendente conditione fideicommiſſi idem dicendum eſt, *y)* non obſtante l. 11. §. f. l. 13. pr. eod. & comm. Dd. opin.

§. VII. Deductâ Quartâ ex SC. Pegaſiano, onera & actiones in ſolidum ipſo jure manebant apud hæredem. *z)* SC. enim Trebellianum hoc caſu ceſſabat, cum ſecundum Pegaſianum reſtitueretur hæreditas, & fidecommiſſarius erat qvaſi Legatarius partiarius, cui Pars bonorum ſub Titulo Legati relinqvitur, *a)* Ideoqve hoc caſu neceſſariæ erant ſtipulationes partis & pro parte *b)* qvibus interpoſitis omne Lucrum ac damnum hæreditatis pro ratâ inter hæredem & fideicommiſſarium dividebatur, æq; ac ſi ex SC. Trebell. reſtituta eſſet hæreditas *c)*

§. VIII. Si autem qvis ſponte adiens totam reſtitueret hæreditatem, cum qvartam retinere potuiſſet, interponi ſolebant

(*k*) l. 1. §. 3. ff. ad Treb.
(*l.*) §. 5. I. h.
*m)* arg. l. 32. §. 12. ff. d. Arbitr. l. 1. §. 3. ff. d. inſp. ventr.
*n.)* §. 6. I. h. t.
*o.)* §. 6. I. h. l. 45. ff. ad Trebell.
*p.)* l. 14. §. 5. cum. ſeq. l. 15 & ſeq. ff. ad Trebell.
*q)* d. l. 14. §. 6 l. 16. §. 14.
*r)* d. l. 16. §. 6
*s)* l. 27. §. 9. 10. ff. ad Treb.
*t)* l. 9. §. f. cũ l. ſeq. eod.
*u)* l. 63. §. 9. 10. eod.
*x)* l. 31. §. f. l. 63. §. 7. 8. eod.
*y)* l. 1. §. 9. l. 27. §. 4. eod.
*z)* §. 5. I. h.
*a)* l. 8. §. f. cũ l. ſeq. ff. de Leg. 2. vid. Ulpian. Tit. 24. §. ſicut.
*b)* de quibus Theoph. h. & Ulpian. T. 25. §. 13.
*c)* §. 5. in f. I. h. t.

bant ſtipulationes emtæ ac venditæ hæreditatis, qvibus actiones cum reliqvis oneribus in fideicommiſſarium transferebantur *d)* qvemadmodum hæreditate venditâ omne jus qvod penes hæredem fuit, in emptorem tranſit, *e)* ſtipulatione verò intermiſſâ fiduciarius univerſa hæreditatis onera ſuſtinebat *f)* ſi tamen erore facti hoc feciſſet, potuit quartam per condictionem indebiti recuperare. *g)* Vel exceptione doli adverſus agentem ſe tueri; *h)* ſecus ſi ſciens vel errore juris hoc fecerit. dd. ll.

§. IX. Sed cum ſtipulationes iſtæ, quæ reſtitutâ ex SC. Pegaſiano hæreditate intervenire ſolebant, ipſi antiquitati diſplicerent, quòd captioſæ vel (ut Theoph. h. interpretatur: inutiles & damnoſæ eſſent. *i)* Ideoq; ſublato SC. Pegaſiano omnem vim ejus tribuit Imperator Trebelliano, ita ut ex eo (1.) reſtituatur hæreditas (2) quarta retineatur vel detrahatur (3.) Actiones tranſeant & onera pro ratâ dividantur, & (4.) hæres quoq; cogatur ad adeundam hæreditatem. *k)*

§. X. Hactenus de Jure veteri & utroq; SConſulto; Sequitur nunc de Fideicommiſſis ipſis.

Vox FideiCommiſſi dupliciter ut plurimum in jure ſumitur: I. Pro Objecto, ſeu re per fideicommiſſum relictâ. II. Pro ipſo fideicommittendi Actu & Diſpoſitione. Et Definitur, quòd ſit ult. voluntatis diſpoſitio, quâ ex Teſtamento, Codicillis, vel ab inteſtato verbis precariis per interpoſitam perſonam aliquid alicui relinquitur.

§. XI. Dividitur ratione Objecti in Univerſale, quando tota hæreditas vel certa pars ejus: & Particulare ſ. ſingulare cum res ſingularis alicui reſtituenda relinquitur. Hoc eſt fideicommiſſum proprie dictum: Illud hæreditas fideicommiſſaria, *l)* & dicitur aliàs fideicommiſſum univerſitatis. *m)* Item hæreditas fideicommiſſa, *n)* & raro fiduciaria. *o)*

§. XII. Differt ab hæreditate directâ (I.) Hæc ſolùm Teſtamento Jure perfecto omnesq; habente ſolennitates à Teſtatore relinqui poteſt: illa verò etiam ex teſtamento imperfecto habente clauſulam Codicillarem, & minùs ſolenni, puta Codicillis, imò & ab inteſtato rectè relinquitur *p)* (II.) Hæc verbis directis & præceptivis datur, illa precariis & obli-

quis

*d)* §. 6. verſ. ſi verò J. h.
*e)* l. 2. pr. ff. d. hær. vendit.
*f.)* d. §. 6. ibi & hæres l. 21 ff. ad Treb. Cujac. l. 2. obſ. 30.
*g)* l. 9. C. ad L. Falc. l. 68. §. 1. ff. ad Treb.
*h)* l. 1. §. 4. & l. 21. ff. ad Trebell.
*i)* §. 7. I. h. l. 2. §. 6. C. d. Iur. Vet. enucl.
*k)* §. 7. h.
*l.)* rubr. & pr. I. h. t.
*m)* l. f. pr. C. de Fideic.
*n.)* l. 44. pr. ff. ad Treb.
*o)* ut l. 46. ff. eod.
*p)* vid. infr.

quis. (III) Hanc hæres capit ſuo jure & poſt aditionem ſtatim fit Dominus, illam a. mediante facto & miniſterio alterius, & factâ reſtitutione Dominium acquirit. *q)* (IV.) Hæc ex die vel ad diem dari nequit *r)* illa verò contrà. *s)* Et plures alias differentias videre licet apud Chiflet. *t)* A ſubſtitutione vulgari differt, quod hæc concepta ſit in caſum non aditæ vel repudiatæ hæreditatis *v)* illa non item. In hâc verba ſunt directa ideoq; repudiatâ vel non aditâ hæreditate ipſo jure transfertur hæreditas: In illâ reſtitutione opus eſt. *x)* In ſubſtitutionem vulgarem prælegata non veniunt. *y)* in fideicommiſſariæ hæreditatis reſtitutionem veniunt, *z)* A pupillari ſubſtitutione differt, (α) quòd ita ſubſtitutus mortuo ante pubertatem pupillo directò ſit hæres, etiã matre pupilli excluſâ. *a)* Fideicommiſſarius verò ab alterius manu hæreditatem exſpectat. (β) Hic tantum accipit bona ac hæreditatem fideicommittentis: Ille non ſolum Teſtatoris, ſed & ipſius pupilli. (γ) in ſubſtitutione nulla fit detractio: in fidei commiſſariâ hæreditate plerumq; quarta deducitur.

§. XIII. Multùm intereſt cognoſcere quale ſit fideicommiſſum; Univerſale an Particulare, ob quam plurimas, quæ inter hæc ſunt, differentias; quarum quatuordecim recenſet d. Præt. *b)* Præcipuæ hæ ſunt: I. In Fideicommiſſarium univerſalem tranſeunt onera & Actiones hæreditatis: *c)* in particolarem verò nõ magis ac in Legatarium. *d)* II. Hæres fideicõmiſſo univerſali gravatus cogi poteſt ad adeundam hæreditatem, *e)* particulari non item. III. Univerſale reſtituendum eſt cum fructibus & aceesſionibus ante aditionem perceptis, *f)* in particulari neq; fructus neq; uſuræ debentur niſi poſt moram. *g)* IV. Particulare intercidit hæreditate exiſtente non ſolvendo: univerſale verò non. *h)*

§. XIV. An univerſale, an verò particulare fideicommiſſum relictum ſit, ex verbis teſtatoris colligendum eſt. Si enim uſus eſt verbis univerſitatem rerum ac Jurium denotantibus v. g. hæreditatem meam, ſubſtantiam, Patrimonium, bona, omnia mea &c. peto reſtituas, fideicommiſſum erit univerſale *i)* Certâ parte hæreditatis relictâ fideicommiſſum quoq;

*q.* Br. in l. 15. n. 14. ſeq. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Bl. in l. f. C. de SS. Eccl. n. 12.
*r)* l. 34. ff. de hær. inſt.
*s.)* §. 2. in f. I. h. t.
*t)* d. Iur. fideicom. l. 2. c. 3. & l. 4. c. 5. & ap. Forſter. de ſucceſs. L. 1. C. 34.
*u.)* pr. I. de vulg. ſubſt. l. 1. ff. eod.
*x)* ʃʃ. 3. I. h. l. 63. ff. ad Trebell. Peregr. de fideicom. art. 2. n. 50.
*y.)* l. 32. d. Leg. 3. l. 75. §. 1. d. Leg. 2
*z.)* l. 16. C. de Fideicomm.
*a)* l. 8. § 5. ff. de inoffic. pr. I. de Pupill. ſubſtit.
*b)* l. 3. de Interpret. ult. volunt. interpr. 3. dub. 1. ſol. 2. n. 3. & ſeq.
*c.)* §. 4. I. h. l. 1. §. 2. ff. & l. 1 2. f. C. ad Trebell.

*d)* l. f. C. de hær. act. (*e*) vid. ſup. §. 6. (*f*) vid. infra. (*g*) l. 1. & t. t. C. de uſ. & fruct. leg. (*h*) d. Præt. d. l. n. 3. diff. 3. arg. l. 119. ff. de V. S. (*i*) l. 14. §. f. cum ll. ſeq. ff. ad Treb.

quoq; eſt univerſale. *k)* Parte bonorum autem relictâ non item. *l)* Hæreditas enim denotat ſucceſsionem in univerſum jus defuncti; *m.*) bona autem non intelliguntur niſi deducto ære alieno. *n*) Duobus hæredibus inſtitutis & alteri unâ dimidiâ bonorum, alteri alia relictâ, fideicommiſſum ab alterutro relictum erit univerſale, videtur enim hoc caſu de omnibus bonis ſuis diſpoſuiſſe teſtator, *o*) Licet bona mobilia & immobilia dixerit Teſtator, fideicommiſſum nihilominus eſt ſingulare *p*) quia nec Pecunia neq; Actiones cœteraq; jura ſub his comprehenduntur. *q*) Si deducto ære alieno & legatis reſiduum hæreditatis reſtituere Teſtator rogaverit, fideicommiſſum eſt univerſale. *r)* Ex verbis quoq; inſtitutionis ſæpe colligitur qvale ſit fideicommiſſum juxta regulam: Sicut ſe habet inſtitutio ad inſtitutũ, ita & ſubſtitutio ad ſubſtitutum, *s*) qvod procedit qvoties de eadem re & Portione eſt ſubſtitutio, de qva inſtitutio. Sic in re certâ inſtitutus & gravatus eam reſtituere, ſi cohæres non adeat, vel nullum habeat cohæredem qvia rei mentione detractâ hæres fit univerſalis, *t.*) fideicommiſſum qvoq; univerſale erit. Ex eadem ratione relicta ab inſtituto repetita cenſentur à ſubſtituto niſi evidens ſit contraria teſtatoris voluntas. *u.*)

§. XV. Fideicommiſſa ſingularia, licet hodie legatis omnino ſint exæqvata, differunt tamen (1) ut Latius & Arctius *x.*) (2) fidei commiſſa verbis obliqvis ac precariis tam ex Teſtamento qvam ab inteſtato relinqvuntur; *y.*) Legata contra verbis derectis & imperativis *z.*) & qvidem olim ſolùm ex teſtamento, *a*) hodie verò etiam ab inteſtato *b.*) qvamvis Giphanius in d. §. 10. h. contrâ ſtatuat. (3) Dominium legatorũ rectâ viâ, mortuo teſtatore de Legatariũ tranſit; *c.*) Fideicommiſſorum autem demum poſt aditionem & traditionem fiduciarii, *d)* ideoq; nec ante habet rei vindicationem. *e*) Sed iſthæc quoq; differentia hodie videtur ſublata, *f)* Exceptâ libertate, quæ per legatum relicta eſt directa, per fidei commiſſum verò Precaria; & priori caſu mauumiſſus fit Libertus Orcinus, poſteriori autem fiduciarii. *g*) (4.) A Legatario fideicommiſſum relinqui poteſt, non vero legatum. *h)*

§. XVI.

*k.*) §. 8. I. h. arg. l. 16. §. 4. l. 27. §. 8. ff. ad Treb. *l*) l. 8. §. f. jun. l. ſeq. ff. de Leg. 2. l. 26. §. 2. de Leg. 1. *m*) l. 24. 119. ff. d. V. S. l. 59. 62. ff. d. R. I. *n.*) l. 39. §. 1. ff. de V. S. *o.*) Peregr. art. 5. n. 78. Br. ad d. §. f. l. 26. de L. 1. *p*) d. Præt. cit. loc. *q*) Pereg. art. 5. n. 43. per l. 86. pr. d. Leg. 2. & l. 92. §. f. d. Leg. 3. *r*) l. 16. §. 3. ff. ad Treb. Peregr. art. 5. n. 31. *s*) l. 11. §. 6. ff. ad L. Falc. Pereg. d. l. n. 35. *t.* l. 1. §. 4. ff. de hær. inſt. *u*) l. 74. d. L. 1. l. 61. in fin. de Leg. 3. l. 4. C. ad Tr. *x*) l. 87. d. Leg. 3. *y*) §. f. J. de ſing. reb, §. 2 10. I. h. l. 6. § 1. ff. ad Trebell. (*z*) t. t. paſſim I. d. leg. (*a.*) d. § . 10. I. h. Ulp. 22. (*b*) d. §. 10. ibiq;. Dd. comm. (*c*) 5. §. 1. ff. quãdo dies leg. l. 64. ff. de Furt. (*d*) l. 3. ff. 51. uſusfr. pet. graſs. §. fideicomm. q. 42. n. 1. (*e*) Gomez. 1. Reſ. 5. n. 7. (*f.*) l. un. §. 1. C. de Caduc. (*g*) §. pen I. d. ſing. reb. per Fideic. *h*) pr. I. eod.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0010-0

§. XVI. Ratione Actus & Diſpoſitionis Fideicommiſſum diſpeſcitur in Expreſſum & Tacitum. Illud eſt quando verbis precariis expreſſis uſus eſt Teſtator v. g. volo, mando, peto, rogo, fidei tuæ committo *i)* vel ita: opto, cupio des: credo, ſpero te daturum. *k)* Sed & quælibet verba deſiderium Teſtatoris exprimentia fideicommiſſum conſtituunt, *l)* Etiam communia & Enunciativa, modò ad fiduciarium referantur; *m)* ſi verò ad fideicommiſſarium, *n)* adulatoria dicuntur & fideicommiſſum non faciunt. *o)* Nec obſtat l. 39. §. 1. ff. de Fideicom. libert. quia favore libertatis hoc ita obtinere videtur. Plures caſus quibus verba communia ac Enunciativa indiſtinctè ſive ad fideicommiſſarium ſive fiduciarium referantur, fideicommiſſum inducunt, refert Meyrer. *p)* Etiam nutu fideicommiſſum relinqui poteſt, modo teſtes adſint, *q)* & aliàs fari poſſit teſtator, quamvis in præſentiarum morbo ſuperveniente impediatur. *r)* Nudum conſilium in favorem hæredis datum, fideicommiſſi præſtandi neceſſitatem non inducit. *s)* Sicut nec ſimplex Perſonæ commendatio. *t)* Sin a. partim conſilium, partim reſtituendi neceſſitatem verba teſtatoris præ ſe ferant, fideicommiſſum conſtituunt *u)* ſicut & verba commendatoria, factâ certæ alicujus rei mentione e. g. Titium Libertum tibi comendo vel ſervum meum tibi commendo, ne alii ſerviat. *x)* Fideicommiſſum arbitrio hæredis ſimpliciter committi nequit *y)* ſicut nec nulla alia obligatio arbitrio debitoris; *z)* certo modo tamen poteſt, v. g. ſi fueris arbitratus, cum volueris. *a)* Ex arbitrio tertii rectè relinquitur fideicommiſſum, *b)* & ex arbitrio boni viri hoc menſurandum eſt, *c)* & debetur, ſive arbitratus fuerit tertius, ſive non, *d)* quod in cœteris obligationibus ſecus eſt. *e)*

§. XVII. Tacitum fideicommiſſum eſt, quod non tam ex verbis quam conjecturis & præſumtâ voluntate teſtatoris colligitur. *f)* Voluntas enim Teſtatoris in Teſtamentis utramq;

*i)* §. f. I. de ſing. reb.
*k.)* l. 115. & 118. d. Leg. 1
*l.)* lege 2. pr. C. com. de Leg. Meyer Coll. Argent. Tit. d. Treb. th. 5.
*m)* ut in l. 67. §. f. d. Leg. 2. l. 39. pr. d. leg. 3. l. 16. ibiq; Br. n. 8. ff. de donat.
*n)* ut l. 32. ibi: puto te conſecuturũ d. Uſuf. leg. l. 68. §. 1. de Legat. 3.
*o)* Graſs. §. Fideicom. q. 4. n. 12. Mãtica L. 3. T. 12 n. 4. de conject. ult. vol.
*p.)* Tr. d. Teſt. Succ. l. 2 t. 6.
*q.)* l. 22. C. de Fideic.
*r)* l. 21. pr. de Leg. 3.
*s)* l. 77. § 24. d. Leg. 2. l. 68. §. 5. d. Leg. 3. Mãt. l. 8. t. 1. n. 12.

B    Pagi

*t)* l. 11. §. 2. d. Leg. 3. l. 12. C. de Fideic. lib. Mant. d. l. n. 8. *u)* l. 11. §. 9. d. Leg. 3. Mant. d. n. 12. *x)* l. 12. ff. de fideic. lib. Cujac. in l. 56. ff. d. hær. inſt. *y)* l. 43. §. 2. d. leg. 1. l. 11. §. 7. d. leg. 3. Viv. l. 2. Dec. 209. (*z*) l. 8. ff. d. O. & A. l. 108. §. 1. ff. d. V. O. (*a*) d. l. 11. §. 6. 7. d. leg. 3. l. 75. pr. d. leg. 1. (*b*) l. 1. d. leg. 2. (*c*) d. l. 1. §. 1. & l. 43. d. leg. 3. (*d*) l. f. §. 1. v. cenſemus C. com. d. leg. (*e*) l. 43. ſeq. ff. d. V. O. (*f*) l. 13. ff. ad L. Falc. l. pen. d. Leg. 1. l. 64. in f. d. Leg. 2. vid. eleg. Menoch. de præſumt. L. 4. præſ. 68.

Paginam facit, & imprimis ſpectanda eſt *g)* Sic ſiquis in Codicillis impuberi pupillariter ſubſtituerit, cum Codicillis nec dari nec adimi queat hæreditas, verba directa obliquantur & ſubſtitutio valet in vim fideicommiſſi. *h)* Item ſi Teſtator prohibuerit ne teſtamentum hæres faciat quamdiu hic vel ille vivit fideicommiſſum erit. *i)* Et hæres rogatus, ut aliquem hæredem faciat, fideicommiſſo gravatus cenſetur. *k)* Eodem modo per prohibitionem alienationis fideicommiſſum relinquitur, modò ad certam perſonam vel familiam directa ſit prohibitio, cujus gratiâ fiat. *l)* Aliàs nudum erit Præceptum, quod nullam habet efficaciã. *m)* Tale fidei commiſſum validè tamen alienari poteſt quibusdam caſibus v. g. ob æs alienum defuncti, quod aliunde ſolvi nequit. *n)* Item ob dotem conſtituendam vel legitimam præſtandam. *o)* Ob æs alienum fideicommiſſarii etiam validè alienatur quatenus & quandiu vivit alienans, quo mortuo proximus agnatus vindicare poteſt. *p)* & ſi cuncti agnati proximiores ante alienantem moriantur, rata manet alienatio. eod.

§. XVIII. Relinquitur Fideicommiſſum vel ex Teſtamento, vel Codicillis, vel ab inteſtato. *q)* Si ex Teſtamento, neceſſe eſt, ut aliquis directò hæres inſtituatur, cujus fidei committatur. *r)* Hæredis namq; Inſtitutio eſt fundamentum totius Teſtamenti, *s)* ſine qua nec ipſum Teſtamentũ quicquam valet. *t)* Ex teſtamento relictum à ſolis ſcriptis hæredibus debetur, non ab inteſtato; *u)* niſi Teſtator in teſtamento rogaverit, ut ſi hæreditas ex Teſtamento non adiretur, ab inteſtato ſuccedentes relicta præſtarent. *x)* Sed hoc caſu Teſtamentum pro Codicillis valet. Ex Codicillis nullo facto Teſtamento fideicommiſſum relictũ debetur, quaſi ab inteſtato. *y)* Facto autẽ Teſtamẽto, in eoq; hærede inſtituto, quaſi ex Teſtamento debetur. *z)*

§. XIX. Ex Teſtamento imperfecto, *a)* & non jure facto *b)* fideicommiſſum peti nequit, ne quidem ab ipſo Principe; *c)* niſi ab inteſtato quoq; reſtituere rogati ſint hæredes, *d)* vel Jusjurandum acceſſerit *e)* omne enim Juramentum, quod ſine

ſalu-

*g)* dd. ll. & l. 24. ff. de rebus dub. l. 12. ff. d. R. Jur. Gail. L. 2. Obſ. 135. n. 5. & ſeq.
*h)* l. 76. ff. ad Trebell.
*(i.)* l. 74. ff. eod.
*(k)* l. 17. pr. ff. d. t.
*l)* l. 114. §. 14 d. Leg. 1. l. 69 §. 3. d. Leg. 2. l. 9. ff. de Fideic. libert.
*m)* d. l. 114. & l. 38. §. 4. l. 93 d. Leg. 3.
*n)* d. l. 114. §. 14. in f. l. 38. §. 1. d. Leg. 3. & d. l. 9. ff. d. Fid. libert.
*o.)* arg. auth. Res quæ C. com. d. Leg. ibiq; Jaſ. n. 1. ſeq.
*p)* l. 69. §. 1. d. Leg. 2. D. Carpz. P. 3. C. 8. D. 34
*q.)* §. 2. 10. I. h. l. 2. pr. l. 3. ff. d. Codic. l. 6. § . 1. ff. ad Treb. l. 5. C. eod.
*r)* §. 2. I. h.

*s)* §. 34. I. d. Legat. *t)* l. 3. v. Calpurnius ff. de his quæ in teſt. delent. l. 10. & l. f. ff. de Codicill. *u.)* l. 81. d. Leg. 2. l. 2. d. Leg. 3. Chiflet d. jure fideic. L. 2. c. 2. *(x)* l. 1. C. d. Fid. lib. l. 14. 29. C. de Fideicom. *(y)* l. 16. ff. d. Codicill. *(z)* l. 2. §. 2. ff. eod. *(a)* l. 29. pr. ff. d. Teſt. l. 23. d. Leg. 3. *(b.)* l. 29. C. d. Fideic. *(c)* d. l. 23. & arg. l. 3. C. de Teſtam. *d)* l. 29. C. de Fideic. *e)* l. 77. §. 13. d. Leg. 2.

ſalutis diſpendio ſervari poteſt, ſervandum eſt. *f*) Ex Teſtamẽto inofficioſo Jure veteri nullo modo fideicommiſſum debetur. *g*) Jure novo contrà *h*) & quamvis d. auth. tantum loqui videatur de Legatis & fideicommisſis ſingularibus, tamen & in univerſalibus idem obtinere probat Gail. *i*) Ex Teſtamento imperfecto habente clauſulam Codicillarem quaſi ab inteſtato fideicommiſſa deberi teſtatur Dn. Carpz. *k*)

§. XX. Jure novo fideicommiſſum relinqui poteſt nullo teſte præſente, ſed ſolo hærede; *l*) & ſi neget aliquid eſſe relictũ, Juramentum ipſi defertur, licet nihil probaverit adverſarius, ſi juret ſtatim abſolvitur; ſin minus, condemnatur. *m*) Admitti autem poteſt ad purgandam conſcientiam contrariis probationibus. *n*) Literæ hæreditatem promittentes vim Codicillarem quidem non habent, *o*) fideicommiſſa tamen per Epiſtolam abſentibus relinqui poſſunt, *p*) modò teſtes adſint. Mantic. l. 1. t. 11. n. 12.

§. XXI. Fideicommiſſum porrò, vel purè, vel ſub conditione, vel in diem relinquitur. *q*) Purum eſt, cui neq; expreſsè neq; tacitè conditio addita eſt; *r*) in quo dies cedit à tempore mortis teſtatoris, *s*) ideoq; ſtatim peti poteſt, quia & ceſſit & venit dies, *t*) qvod tamen cum aliquo temperamento intelligendum eſt. *u*) Sic jure Saxonico nulla poteſt fieri exactio, nulla petitio, nulla diviſio hæreditatis ante 30. à morte teſtatoris dies, *x*) nec jure civili ante novem dies. *y*) Excipiendus hic eſt uſus fructus, uſus & habitatio, cũ ſimilib⁹ in quib⁹ etiam purè relictis dies demum cedit à tempore aditæ hæreditatis. *z*)

§. XXII. Fideicommiſſum purum etiam non agnitum ad hæredes tranſit, ſive ſingulare ſive univerſale ſit; *a*) quo reſpectu huc refero etiam ea fideicommiſſa, quæ demonſtrationem, *b*) conditionem impoſſibilem, *c*) cauſam (ſcil. impulſivam non finalem vel conditionaliter conceptam) *d*) vel modum additum habent. *e*) In hoc enim differt modus à Conditione, quod relictum

(*f*) c. 8. X. de jurejur.
*g*) l. 36. d. Leg. 3. l. 8. §. pen. l. 13. ff. d. inofficioſ.
*h*) auth. ex cauſa C. d. Lib. Præt. ib. Jaſon. n. 7. Azo ad Tit. C. d. bon. poſs. cont. Tab. in f.
*i*) 2. obſ. 134.
*k*) L. 6. Reſp. 113.
*l*) §. f. I. h. l. f. C. de Fideic.
*m*) d. §. & d. l. f.
*n*) D. Carpz. P. 3. C. 8. D. 40. ſeq.
*o*) l. 17. ff. de Codic.
*p*) l. 22. C. de Fideic. l. 75. pr. ff. d. Leg. 2. l. 75. pr. ff. ad Treb.
*q*) §. 2. I. h. arg. l. 1. pr. ff. d. cond. & dem.
*r*.) d. l. 1. princ. ibiq; Gothofr. lit. G.



*s*) l. 5. §. 1. ff. quando dies leg. l. un. §. 1. C. de Caduc. *t*) arg. §. 2. I. d. V. O. l. 213 ff. d. V. S. *u*) juxta l. 105. ff. de Solut. *x*) D. Carpz. p. 2. C. 3. d. 12 n. 5. & p. 3. c. 14. d. 16. Ber. p. 1. concl. 30. n. 83. *y*) auth. ſed neq; C. d. ſepul. viol. Nov. 115. c. 5. *z*) l. 2. 9. 14. ff. quando dies leg. *a*) l. 3. C. d. fideic. ibiq; Br. n. 1. 2. & Bl. n. 1. aliiq; l. 44. pr. ff. ad Treb. l. 109. ff. d. cond. & demonſtr. Gail. 2. obſ. 131. (*b*) l. 17. pr. & §. 1. ff. d. cond. & dem. l. 75. §. 1. d. Leg. 1. (*c*) l. 3. 5. §. 3. 4. ff. quando dies leg. (*d*) §. 31. I. d. Leg. d. l. 17. §. 2. 3. ff. de Condit. l. 72. §. 6. eod. (*e*) l. 19. d. leg. 3. l. 40. §. f. ff. d. Condit.

lictum ſub modo præſtita cautione ſtatim peti queat, *f)* & aliquando etiam cautio remittatur. *g)* Sub conditione autem relictum, antequam exiſtat vel impleatur Conditio non item, *h)* niſi in non faciendo conſiſtat, tunc enim præſtita cautione Mutianâ ſtatim exigi poteſt. *i)*

§. XXIII. Conditionale fideicommiſſum eſt, quod conditionem adjunctam habet, *k)* ſive cauſalis, ſive poteſtativa ſive mixta ſit. *l)* Hoc ante conditionis eventum non debetur *m)* excepto caſu in l. 50. ff. ad Treb. Ideoq; mortuo (ſive naturaliter, ſive civiliter) fideicommiſſario ad hæredes & ſucceſſores non transfertur, *n)* niſi contraria mens teſtatoris appareat, (quæ ex multis colligitur,) *o)* vel Principi aliquid relictum ſit; *p)* ſecus ſi Auguſtæ. *q)* Non v. ſolum expreſſè, ſed & tacitè dies ſæpe vel conditio ineſt. *r)* Conditio (ſiquis ſine Liberis deceſſerit) deficit, ſi decedat relictis liberis naturalibus, *s)* adoptivis relictis non item. *t)*

§. XXIV. Quædam Conditiones à Prætore remittuntur & pro impletis habentur, *u)* ut turpes, *x)* impoſſibiles; *y)* Conditio ferendi alicuius nominis, *z)* Jurisjurandi *a)* conditio quæ in facto conſiſtit pro impletâ habetur, quoties per eum ſtat, cujus intereſt eam impleri, vel non, quò minus impleatur. *b)* Cõditiones extrinſecùs, non ex ipſo teſtamento venientes, fideicommiſſum conditionale non faciunt, *c)* Ideoq; præmortuô fideicommiſſario ad hæredes nihilominus tranſit. *d)*

§. XXV. In diem fideicommiſſum relinquitur vel certum vel incertum, Hoc conditionale eſt, *e)* de quo dixi. Illud non item; Statim enim debetur & reſtitui poteſt licet ante diem peti nequeat; *f)* niſi in favorem fideicommiſſarii dies adjectus ſit, *g)* Ideoq; & ad hæredes tranſit ante diem mortuo fideicommiſſario, quia dies ceſſit, licet nondum venerit, *h)* & hæres cogi poteſt ad adeundum ſicut in puris; *i)* Quod in conditionalibus, & ſub die incerto relictis, ſecus eſt. *k)* Quanquam & ſub

*f)* d. ll. *g)* ut. l. 71. pr. ff. de Condit. *h)* l. 41. ff. eod. *i)* l. 7. 18. d. t. *k.* l. 1. & t. t. ff. eod. *l)* l. un. §. 7. C. de caduc. *m)* l. 5. §. 2. ff. qn. dies leg. *n.)* l. 59. ff. d. condit. l. 4. pr. ff. qn. dies d. l. un. C. §. 7. *o)* 74. d. Leg. 1. Ang. Mattheac. Tr. d. Leg. c. 4. *p)* l. 56. d. Leg. 2. *q)* l. 57. eod. *r)* ut in l. 17. pr. ff. ad Tr. l. 30. C. de Fideic. l. 102. ff. de condit. *s)* d. l. 17. §. 4. ibiq; Br. n. 1. & Dd. com. l. 6. §. f. C. d. inſtit. & ſubſt. ibiq; Jaſ. n. 7. *t)* l. 76. ff. d. Condit. & Dem. l. 51. §. f. ff. d. Leg. 2. Dec. conſ. 399. n. 1. & 6. *u)* l. 5. §. 3. ff. qn. dies leg. *x)* l. 9. 14. ff. d. Cõd. Inſt. l. 63. §. 7. ff. ad Treb. *y)* l. 3. ff. de cõd. & dem. *x)* d. l. 63. §. 10. *a)* l. 8. pr. ff. d. cond. Inſt. *b)* l. 39. l. 161. ff. d. R. I. l. 24. ff. de Cond. & Dem. l. 11. ff. d. Cõd. Inſt. *c.)* l. 99. ff. de Cond. & demonſt. *d)* l. 6. §. 1. ff. quando dies legat. *e)* l. 1. §. 2. l. 75. ff. d. cond. & dem. *f.)* d. l. 1. §. 1. ff. l. 17. ff. d. R. I. ibiq; Phil. Matth. n. 6. & l. 137. §. 2. ff. d. V. O. *g)* l. 43. §. 2. d. Leg. 2. P. Greg. Synt. 42. c. 29. n. 21. *h)* l. 1. §. 1. ff. d. Cond. l. 21. pr. ff. qn. dies legat. l. 213. ff. d. V. S. *i)* l. 1. §. 9. ff. ad Tr. *k)* d. §. 9. l. 9. §. f. cum l. seq. & l. 27. §. 4. eod.

ſub die incerto relicta, ſi hæredis causâ dies adjectus ſit, ante diem reſtitui poſſunt. l.

ſ. XXVI. Objectum & materia fideicommiſſorum eſt tota hæreditas, vel ejus pars, vel res ſingulares. *m*) Omnes enim res quæ in Commercio privatorum ſunt & aliàs poſſunt alienari vel in alios tranſire, per fideicomiſſum relinqui poſſunt. Non ſolùm corporales ſed & incorporales, ut jura ac ſervitutes; *n*) ſive ſint teſtatoris propriæ, ſive fiduciarii ſive alienæ *o*) niſi alienas eſſe teſtator ignoraverit; *p*) quod in dubio præſumitur. *q*) (Excipiendæ hîc ſunt perſonæ conjunctæ.) *r*) Si fideicommiſſi relicti commercium & poſſidendi jus non habeat fideicommiſſarius, æſtimario ejus præſtanda eſt; *s*) niſi rei commercium non habeat ob commiſſum delictum vel omnino incapax ſit, ut deportatus, condemnatus ult. Supplicio, ad beſtias, in metallum; & ſimiles. Aliarum rerum quoq; per fideicommiſſum relictarum, quæ alienari vel in alios tranſire nequeunt, æſtimationem deberi, docet Peregr. *t*) Sic ſi res alicui per fideicommiſſum relicta alii fuerit legata, alter rem ipſam, alter precium ejus conſequi poteſt. *u*)

§. XXVII. In reſtitutionem fideicommiſſi univerſalis omnia ea veniunt, quæ ex judicio defuncti habet fiduciarius; non ſolùm ipſa hæreditas prout fuit tempore mortis teſtatoris, ſed & ejus acceſſiones, quæ ante aditionem obvenerunt v. g. ſi ſervus hæreditarius per ſtipulationem aliquid acquiſiverit, *x*) vel per hæreditatis aditionem *y*) (niſi contemplatione hæredis ſervum fuiſſe hæredem inſtitutum liquidò probari) queat, *z*) item fructus ante aditionẽ percepti; *a*) poſt aditionem autem, antequam dies vel conditio eveniat, percepti reſtituendi non ſunt, *b*) niſi expreſsè fructus quoq; reſtituere juſſerit Teſtator, *c*) vel dies adjectus ſit pro fideicommiſſario, *d*) vel mora facta ſit. *e*) Sunt & alii caſus ſpeciales, quibus fructus etiam poſt aditionem pendente conditione percepti in reſtitutionem veniunt, quos refert. d. Barry *f*) Fructus quoq; civiles, ut ſunt, uſuræ, mercedes navium ac jumentorum, prædiorum penſiones, ſervorum operæ in reſtitutionem veniunt, ſed cum diſtinctione. *g*) Fœtus pecorum, ut & Lac & Lana, in fructu ſunt, *h*) ideoq;

*l*) l. 19. ff. quæ in fr. cred. l. 12. C. d. Fideic.
*m*) §. 8. 10. ſeq. I. h. pr. Inſt. d. Sing. reb. per fideic.
*n*) arg. §. 21. I. d. Leg. l. 41 pr. d. Leg. 1.
*o*) ſ. 1. I. d. ſing. reb. l. 27. §. 9. 10. ff. ad Trebell.
*p*) §. 4. I. d. Leg. arg. l. 57. d. Leg. 1.
*q*.) l. 21. ff. d. Probat. c. præſumitur 47. d. R. I. in 6.
*r*) l. 10. C. d. Legat.
*s*) l. 40. l. 114. §. 5. d. Leg. 1. l. 49. §. 2. d. Leg. 2. l. 11. § 16. d. Leg. 3.
*t*) Art. 11. n. 102. & 105. ſeq.
*u*) l 20. d. Leg. 3.
*x*) l. 27. §. 1. ff. ad Treb. l. 33. §. f. cum l. ſeq. ff. d. acq. rer. dõ.
*y*) dd. ll. & l. 63. §. 4. ff. ad Trebell.


idem

*z*) d. ſ. 4. *a*) d. l. 27. ſ. 1. ad Treb. de Barry late & eleg. L. 8. T. 13. per tot. *b*) d. ſ 1. l. 83 pr. d. leg. 3. Gail. 2. obſ. 133. *c*) l. 18 pr. ff. ad Treb. *d*) l. 43. ſ. 2. d. leg. 2. l. 3. §. 3. ff. de uſur. *e*) l. 1. & t. t. ff. d. uſur. & fruct. Leg. *f*) d. l. n. 12. 13. *g*) vid. de Barry d. l. n. 16. Peregr. art. 49. n. 66. ſeq. *h*) §. 38. I. d. rer. div. l. 28. ff. de uſur.

idem de iis atq; de fructibus eſto judicium; excepto fœtu, qui in locum demortuorum ſubmiſſus gregem conſervat. Ancillarum autem partus in fructu non ſunt; *i)* Quoad hereditatis petitionem autem & quartam Falcidiam ac Trebellianicam pro fructibus habentur. *k)*

§. XXVIII. An prælegata in reſtitutionem veniant, controvertunt & variè diſtingvunt Dd. Et voluntatis quæſtionem eſſe certum eſt; verba itaq; ſunt inſpicienda, quo mens teſtatoris percipiatur. Si Prælegatarii coheres non adeat, vel ſolus heres inſtitutus & gravatus ſit, totum prælegatum reſtituere tenetur, niſi ex verbis teſtatoris contrarium colligatur v. g. ſi rogaverit deductis præceptis, ſalvis prælegatis, hereditatem reſtitui. *l)* Si coheredem habeat & verbis univerſalibus uſus ſit teſtator, adhuc idem dicendum erit *m)* ſi verbis indefinitis uſus fuerit, videndum, num ante fideicommiſſum prælegatum relictum, num verò poſt; ita ut prius reſtituendum ſit, poſterius non item. *n)* Donatio inter vivos facta in reſtitutionem non venit, niſi nominatim illud juſſerit teſtator *o)* Item, nec mortis causâ donatio; *p)* Quam communem dicit de Barry *q)* ubi tamen cum Cujac. conſ. 20. contrarium ſtatuit. Quæ ex ſubſtitutione. ſive vulgari, ſive pupillari, ſive fideicommiſſariâ, in eodem teſtamento factâ gravatus habet, reſtituenda ſunt; *r)* niſi poſt factam reſtitutionem eveniant eod. item, quæ ex jure accreſcendi habet, ſive ſpontè, ſive coactè adiit, *s)* etiam poſt factam reſtitutionem pro ratâ reſtituenda veniunt *t)* quia eſt jus reale, & portio portioni potius accreſcit, quàm perſonæ. Ideoq; Cujac *u)* ad fiduciarium coactè adeuntem ex jure accreſcendi nihil pervenire poſſe ſtatuit, quia talis omnia jura, omniaq; commoda hereditaria amittit. Tandem omnia incrementa, quæ ex teſtamento vel occaſione ejus ad fiduciarium pervenerunt, reſtituenda ſunt ut: quæ ex actionib. & obligationib. accepit *x)* ſc. ante aditionem *y)* & quæ ex precio rei hereditariæ vel pecuniâ in hereditate repertâ comparavit. *z)* Quod ſecus & ſingulare eſt in l. 77. §. 20. eod.

§. XXIX. Contra in reſtitutionem non veniunt, quæ ex ſuâ induſtriâ, licet occaſione hereditatis, fiduciarius acquiſivit *a)* niſi

*i)* l. 58. §. 4. ff. ad Trebell. *k)* d. §. 38. I. l. 27. pr. ff. de Pet. hær. l. 28. §. 1. ff. de uſur. l. 24. §. 1. ff. ad L. Falc. l. 8. l. 14 ff. de uſur. *l.)* Peregr. art. 7. n. 11. ibiq; text. allegat. *m)* l. 77. §. 12. d. leg. 2 l. 3. §. 4. ff. ad Tr. l. 16. C. d. fideicom. *n)* l. 86. ff. ad L. Falc. Accurſ. in l. 3. § 4. ff. eod. P. Gregor. 42. Synt. 29. n. 16. Gail. 2. obſ. 135. *o)* l. 68. d. Leg. 2. Men. l. 4 præſum. 196 n. 4. *p)* Jaſ. ad l. 16. C. de fideic. n. 5. & Coraſ. n. 56. eod. *q)* l. 8. t. 12. n. 20. *r)* Peregr. art. 8. n. 1. Menoch. l. 4 præſum 193. n. 3. ſeq. *s)* l. 43. ff. ad Treb. Graſs. §. fideicom. q. 48. *t)* Peregr. art. 8. n. 7. *u)* l. 12. obſ. 12. c. 2. *x)* l. 13. §. 2. ff. ad L. Aquil. *y)* l. 14. ff. de pet. here. *z)* l. 70. §. f. cum l. ſeq. d. legat. 2. *a)* l. 3. ff. ad l. Falc. Peregr. art. 10. n. 15.

niſi cum incremento hereditatem reſtituere rogatus ſit. *b*)item nec operæ libertorum *c*) ad ſolos enim liberos, non ad heredes extraneos tranſeunt. *d*) Ex eâdem ratione jus patronatus Eccleſiaſticum, item jura ſepulchrorum non tranſire communis eſt Dd. opinio. *e*) Sed Molin. ad conſ. Pariſ. *f*) diſtingvit ſi ſc. jus Patronatus radicaliter perſonæ inhæreat, ejusque reſpectu competat, non tranſit; ſi vero certo loco, puta prædio vel caſtro, unà cum eo transfertur. Quod hodie omnino obtinet, quia jus patronatus Das Kirchen oder Pfarrlehn feudis plerumq; adhæret & æſtimationem pecuniariam recipit, cumque bonis relictis transfertur *g*) jura quoq; ſepulchrorum tranſire verius eſt, *h*) non obſtante d. l. 42. quæ nihil aliud vult, quàm ut totâ hereditate reſtitutâ fiduciarius nihilominus habeat jus ſepeliendi in ſepultura teſtatoris. Atq; ita, quod uni in d. l. tribuitur alteri non adimitur. Dos filiæ teſtamento relicta, vel inter vivos conſtituta aut uxori relegata in reſtitutionem non venit *i*) item debitum, quod defunctus fiduciario debebat *k*) licet ſit tantum naturale, & nullum ſactum ſit inventarium, *l*) neq; res, quas fideicommiſſarius ſubtraxit, vel aliàs culpà ejus perierunt *m*) neq; res alienæ in hæreditate repertæ, ut: depoſitæ, commodatæ &c. licet in petitionem hereditatis veniant *n*) neq; quæ conditionis implendæ causâ data ſunt. *o*) An feudum in reſtitutionem veniat controvertitur apud Dd. ſed diſtingvendum cum Peregrino *p*) inter feudum tranſitorium, quod ex conſvetudine loci, vel tenore inveſtituræ ad quoscunq; heredes tranſit: & feudum ex pacto & providentiâ, quod ſolis deſcendentibus competit; ita ut prius tranſeat, poſterius non *q*) Mixtum itidem, quod ad ſolos quoq; deſcendentes tranſit, ſed hæredes inſtitutos, in reſtitutionem non venit. *r*) Eodem modo in Emphyteuſ. diſtingvit Fuſarius *s*) & Clarus. *t*)

§. XXX. Reſtitutio fideicommiſſi fit vel ab ipſo fiduciario, vel ab alio ejus nomine *u*) & quidem conſentiente fideicommiſſario, in quem invitum non transfertur *x*) (niſi eo deſiderante, adiit heres *y*) tunc enim non poteſt mutare conſilium

*b*) n. 16. eod.
*c*) l. 55. pr. ff. ad Treb.
*d*) l. 29. ff. de operis lib.
*e*) arg. d. l. 55. & l. 42. §. 1. ff. eod. P. Greg. 42. Synt c. 29. n. 18. Chiflet Lib. 4. c. 6.
*f*) p. 1. §. 37. gl. 10. n. 1. ſeq.
*g*) Finckelth d. Jur. patronat. c. 5. n. 17.
*h*) arg. l. 6. pr. & §. 1. ff. de Religioſ. l. 4 C. eod.
*i*) l. 62. ff. ad Treb. l. 77 § 12. d. legat 2. l. 2. §. 1. d. dot. præleg.
*k*) l. 59. pr. ff. ad Treb.
*l*) Mantic. l. 7 tit. 8. n. 15. Grats. §. fideicom. q. 47. n. 3.
*m*) l. 48. ff. ad Treb. l. 5. C. de leg.
*n*) l. 19. 20. ff. de pet. her.
*o*) Menoch. l. 4. præſum. 196. n. 2.

*p*) art. 6. n. 18. *q*) Gail. 2. obſ. 154. n. 14. *r*) Roſenthal d. feud. c. 7. conclus. 11. per tot. *s*) de fideic. q. 630. *t*) §. Emphyteuſis q. 16. *u*) l. 37. pr. ff. ad Treb. *x*) arg. l. 69. ff. d. R. J. *y*) l. 97. pr. ff. ad Treb. l. 44. pr. eod.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0017-9

um in alterius injuriam) *z*) Et quidem vel Expreſſè fit, per verba expreſſa, vel per nuncium, vel epiſtolam vel per ſubſequentem ratihabitionem: vel Tacitè; quando res hereditarias à fideicommiſſario poſſideri paſſus eſt heres. *a*) Alia præterea eſt reſtitutio realis, quando facto & expreſſo utriusq; conſenſu interveniente hereditas reſtituitur: alia legalis quando ipſo Jure certis caſibus pro reſtitutâ habetur hereditas v. g. cum heres dolo latitat, ne reſtituat vel ante reſtitutionem moritur, nullo herede relicto, *b*) quibus caſib. tamen præſupponitur aditio. *c*) Primo fideicommiſſario hæreditate reſtitutâ ad ſecundum etiam ipſo jure transfertur. *d*) Jure novo hereditas quoq; ipſo jure transmittitur herede ſcripto adire recuſante. *e*) Ab inteſtato quoq; herede primi gradus repudiante, ſecundi vel ulterioris ordinis admittuntur; quibus omnibus repudiantib. ad fideicommiſſarium ipſo jure hereditas tranſit; *f*) ut nulla hoc jure coactio locum habere videatur.

§. XXXI. Reſtitutâ hereditate reſtituens nihilominus heres ipſo jure manet, fideicommiſſario interdum heredis interdum legatarii partiarii locum ſuſtinente *g*) ſc. prout illi vel tota hereditas vel pars ejus reſtituatur. *h*) Reſtituens ultra dodrantem oneratus quartam deducit, quæ Trebellanica à Dd. vulgò dicitur, quamvis in toto jure noſtro nuſpiam ita nominari teſtetur Cujac. *i*) Sed aliquando ſimpliciter quarta appellatur *k*) plerumq; tamen falcidia, *l*) quod ad ſimilitudinem Falcidiæ introducta ſit *m*.) Ideoq; omnia regulariter, quæ de Falcidia in jure dicuntur, in Trebellanica quoq; locum inveniunt, niſi diverſum expreſſe conſtitutum reperiatur *n*) ita uſu obſervari docet Franzkius. *o*) Hinc & Trebellanicam æq; ac Falcidiam à teſtatore prohiberi poſſe *p*) ſtatuit Hunnius. *q*) Differt tamen à Falcidia (1.) quod in hâc ineunda fiat computatio de ducto ære alieno, funeris impenſis & precio ſervorum manumiſſorum *r*) in illâ nihil deducitur, quia onera vel in ſolidū tranſeunt in fideicommiſſarium, vel pro rata dividuntur *s*) (2) In hanc computantur ſolùm ea, quæ jure hereditario percipiuntur. *t*) In illam contrà omnia, quæ ex judicio defuncti heres percipit, uti legata, fideicommiſſa ſingularia *u*) acceſſiones & fructus *x*)

exce-

*z*) l. 57. ff. d. R. I.
*a*) l. 37. pr. ff. ad Treb.
*b*) l. pen. §. 1. C. ad Treb.
*c*) Peregr. art 2. n. 56. 57.
*d*) d. l. pen.
*e*) Nov. 1. c. 1. §. 1.
*f*) d. Nov. c. 1
*g*) §. 3. I. h.
*h*) §. 5. I. h. Weſenb. ad §. 3. eod. n. 1
*i*) l. 8. obſ. 4. in fin.
*k*) l. 93. ff. ad Falc. l. 21. 45. ff. ad Treb.
*l*) d. l. 93. l. 11. C. eod.
*m*) §. 5. I. h.
*n*) Everhard in Top. l. 34
*o*) Exerc. 7. q. 9.
*p* arg. Nov. 1. c. 2. §. f.
*q* l. 2. tr. 8. q. 21
*r* §. f. I. ad L. Falc. l. 36. §. 2. 39. 69. ff. l. 8. 16. C. eod. l. pen. ff. de relig.
*s*) §. 7. I. h.
*t*) l. 74. 91. ff. ad Falc.
*u*) d. l. 91.
*x*) l. 18. §. 1. l. 22 §. 2. Joan. Cop. de fructib. lib. 2. tit. 3. c. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0018-5

exceptis ſuis heredibus *y)* etiam eo caſu, quo duplicem quartam deducunt. *z)* Liberi enim & ſui heredes Jure Canonico *a)* & moribus noſtris *b)* præter fructus *c)* primò legitimam (ſive triens, ſive ſemis ea ſit *d)* ſine onere, *e)* deinde quartam Trebellianicam deducere poſſunt; modò conditionale fuerit fideicommiſſum *f)* ſi enim purum ſit, tantùm una quarta deducitur *g)* quamvis autem, diſtinctio, nullam videatur habere rationem *h)* in praxi tamen ita obſervatur *i)* juri civili quidem omninò incognita eſt duplex iſt hæc quartæ detractio, quæcunque enim in Trebellianicam, eadem & in legitimam computantur. *k)*

§. XXXII. Locum habet hæc quartæ detractio non ſolum totâ, ſed & parte hereditatis reſtitutâ. *l)* Modò ſit ſucceſſor univerſalis, qui eam detrahit, (licet ſit tantum bonorum poſſeſſor.) *m)* Legatarius vel fideicomiſſarius ſingularis non item *n)* niſi quatenus heres ipſis aliquid detraxit. *o)* Fideicommiſſarius quoq; univerſalis gravatus quartam non deducit. *p)* niſi heredem nihil detraxiſſe in gratiam prioris fideicommiſſarii conſtet. *q)* Fideicommiſſarius, quo deſiderante heres adiit, quartam non detrahit, licet ipſe heres, ſi ſponte adiiſſet, eam haberet; *r)* Falcidiam tamen de legatis ab herede, non à ſe relictus deducere poteſt. *s)* Donatarius gravatus quartam detrahere nequit. *t)*

§. XXXIII. Ceſſat prætereà Trebellianica certis caſibus (1.) Si hæres coactus adeat *u)* ita, ut nec pœnitere liceat. *x]* (2.) Si teſtator non ignarus ſui patrimonii, eam deducere prohibuerit *y)* quod locum habet non ſolùm in prohibitione expreſsâ, ſed & tacita, *z)* & in liberis ac ſuis heredibus; *a)* quamvis contrariam communem & receptam dicat Franciſcus de Barry. *b)* (3.) Si heres ſciens vel errore juris totam reſtituerit hereditatem. *c)* (4) Si heres huic beneficio renunciaverit & fideicommiſſum ſe integrum dare velle ſpoſponderit; *d)* neq;

*y)* l. 6. C. ad Trebell. ibiq; Donell.
*x)* Gail. 2. obſ. 133. n. 4.
*a)* c. 16. 18. X. de teſtam.
*b)* Caſtrenſ. in l. jubemus C. ad Treb. n. 2. Bl. eod. n. 6. Alex. v. 2. Conſ. 142. n. 13. Gail. 2. obſ. 121. D. Carpz. 6. Reſp. 113.
*c)* d. l. 6. C.
*d)* auth. noviſsimâ. C. d. inofficioſ.
*e)* l. 30. 32. C. eod.
*f)* Gail. d. l. n. 3. Dn. Carpz. d. l. n. 21.
*g)* Graſs. §. Trebell. q. 4. Peregr. art. 3. n. 48. Covarr. in d. c. Raynut. §. 11. n. 5.
*h)* Hotom. Illuſtr. quæſt. 43 Hillig. ad Donell. l. 7. c. 30. lit. I.
*i)* Gail. d. l. n. 6
*k)* l. 91. ff. ad Falc. junct. l. 30. C. d. inofficioſs. Donell. l. 7. C. 30. lit. I. *l)* §. 8. l. *m)* l. 1. §. 7. ff. ad Trebell. Peregr. art. 3. n. 4. *n)* G. Pap. q. 296. Peregr. d. l. n. 5. *o)* l. 32. §. 4. ff. ad Falc. *p)* l. 1. §. 16. ff. ad Treb. Graſs. d. q. n. 6. *q)* d. l. 1. §. 19. Graſs. d. l. n. 7. *r)* l. 16. §. 8. l. 28. §. 2. ff. ad Treb. *s)* l. 63. §. 11. eod. *t)* Peregr. art. 3. n. 5. in fin. *u)* §. 7. in fin. I. h. l. 4. ff. ad Trebell. *x)* l. 14. § 4. eod. *y)* arg. Nov. 1. c. 2. §. 2. Perez in C. ad Sc. Trebell. n. 20. Gomez Reſol. t. 1. c. 5. n. 11. *z)* Cujac. ad d. Nov. Clar. §. teſtam. q. 62. Menoch. l. 4. præſum. 198. *a)* Menoch. d. l. n. 5. ibiq; allegat. *b)* l. 15. t. 8. n. 4. *c)* l. 68. §. 1. ff. ad Trebell. l. 96. ad Leg. Falcid. *d)* arg. l. pen. C. de pact. l. 46. ff. ad L. Falc. de Barry l. 15. tit. ult.

per iſthoc creditores defraudare videtur. *e*) (5.) Si doloſe in hereditate verſatus ſit, egeritq; ut fideicommiſſum intercideret; *f*) (6.) Si heres repertorium conficere neglexerit: *g*) Sed contrarium tenet Gail. *h*) & ita in Camera judicari teſtatur Myñſig. *i*) In teſtamento militari SC. Trebellianum locum quidem habet, ſc. quoad actiones transferendas & heredem cogendum ut adeat *k*) non verò quoad quartæ detractionem. *l*)

§. XXXIV. Fiduciarius fideicommiſſario rationem reddere tenetur, de omnibus in hereditate repertis *m*) ideoque ſi non inventarium ſolenne, *n*) deſcriptionem tamen ſive catalogum omnium bonorum conficere debet; *o*) Et dolum & latam culpam præſtare tenetur, licet nihil ex hereditate ad eum perveniat, *p*) ſin autem emolumentum ſentiat, levem præterea præſtat dd. ll. imò leviſſimam quoque, ſi majorem habeat, quam fideicommiſſarius ex teſtamento utilitatem; *q*) ſicut in bonæ fidei contractibus diſtingvimus. *r*) poſt moram etiam de caſu fortuito tenetur. *s*) Evictionem tamen non præſtat. *t*) Si quicquid ex bonis defuncti tempore mortis ſuperfuerit, reſtituere quis rogatus ſit, ea ex arbitrio boni viri diminuere & ad uſus neceſſarios impendere poteſt; *u*) Et ſi nihil ſuperſit nihil debetur; *x*) quod Juſtinianus correxit, *y*) ita ut dodrantem hodiè conſumere liceat, quadrante fideicommiſſario ſervato, exceptis quatuor caſibus, quibus & quadrantem diminuere licet. *z*)

§. XXXV. Ultimo loco nonnihil dicendum de Subjecto Fideicommiſſorum h. e. perſonis, quibus, & à quibus fideicommiſſum relinqui poteſt. Ille ſolum, qui teſtamenti factionem activam habet, fideicommiſſum relinquere poteſt *a*) & quidem illis tantùm, qui teſtamenti factionem paſſivam habent. *b*) A cunctis autem relinqui poteſt, ad quos ex libero defuncti judicio, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato aliquid provenit;

*e*) l. 19. 20. ff. quæ in fraud. cred.
*f*) arg. l. 59. pr. D. ad L. Falc.
*g*) arg. d. nov. c. 2. l. ult. §. pen. C. de jur. delib. Bal. & Salic. in Auth. ſed cum teſtator. C. ad L. Falc. Donell. l. 7. c. 29. in fin.
*h*) l. 2. obſ. 138. Gomez. Reſ. t. 1. c. 5. n. 12.
*i*) 3. obſ. 60.
*k*) l. 1. §. 6. ff. ad Treb.
*l*) arg. l. f. ff. ad Falc. l. 7. C. eod.
*m*) l. 72. §. 3. ff. d. condit. & demon. l. 22. §. 3. ff. ad Treb. Bl. in l. filium n. 43. ff. famil. erciſc.
*n*) juxta legem fin. C. de jur. delib.
*o*) Mant. 7. t. 6. Peregr. art. 35. n. 25.

*p*) l. 22. §. 3. ff. ad Treb. l. 108. §. 12. ff. de leg. 1. *q*) l. 47. §. pen. ff. de leg. 1. Molin. ad Conſ. Pariſ. p. 1. gl. 8. n. 53. *r*) d. l. 108. & l. 23. ff. d. R. J. ibiq; eleg. Ph. Matth. *s*) d. l. 47. §. f. *t*) l. 69. ff. ad Trebell. *u*) l. 54. ff. eod. *x*) arg. l. 6. ff. d. leg. 1. Donell. in auth. contra C. ad Treb. n. 1. *y*) Nov. 108. c. 1. *z*) d. c. 1. in f. & d. auth. *a*) l. 2. d. leg. 1. l. 1. pr. §. 12. d. leg. 3. *b*) arg. §. 24. d. leg.

*c)* etiam à legatariis & fideicommiſſariis ſingularibus *d)* exceptâ libertate ſolâ relictâ. *e)* Non ultra tamen quis gravari poteſt, quàm honoratus fuit. *f)* Ab inteſtato venientes licet nihil ex judicio defuncti habere videantur, quatenus tamen ex tacitâ teſtatoris voluntate, cùm diſponere potuiſſet, nec diſpoſuit, hereditatem accipere cenſentur, eatenus gravari queunt *g)* ab herede heredis vel legatarii fideicommiſſum quoq; relinqvi poteſt, ſi id fiat ſub nomine appellativo, *h)* non verò ſi ſub nomine proprio. *i)* Pupillis heredibus iuſtitutis, tutores gravari poſſunt, ſed ipſi pupilli quoad effectum gravati cenſentur *k)* licet tutores ſint non jure dati: *l)* pupillariter ſubſtitutus, & pupilli heres, ab inteſtato gravari poteſt, ita ut etiam legitima pupilli in reſtitutionem veniat, quamvis ipſe pupillus quoad legitimam gravari nequeat; *m)* A ſurdo & muto fideicommiſſum rectè relinquitur, ſicut & ab ignorantibus & abſentibus *n)*

§. XXXVI. Finis & effectus fideicommiſſi relicti eſt actio, quæ fideicommiſſario datur adverſus fiduciarium. Et fideicommiſſario quidem univerſali datur actio realis nimirum petitio hereditatis fideicommiſſaria. *o)* Qvæ ejusdem effectus eſt cum civili hereditatis petitione. Datur enim contra omnes pro herede vel poſſeſſore poſſidentes; etiam contra ipſum fiduciarium factâ reſtitutione, licet verbali tantùm, pro ſingulis rebus non reſtitutis *p)* etiam contra tertium poſſeſſorem absque titulo poſſidentem; *q)* Sed præter hanc dantur adhuc aliæ fidei commiſſario univerſali & ſingulari communes ut ſunt: actio perſonalis ex quaſi contractu poſt aditam hereditatem, item rei vindicatio, quæ datur adverſus ſingularem poſſeſſorem, ſicut hereditatis petitio adverſus univerſalem. Et quia hæc actio ratione dominii competit *r)* ideoque locum non habet, niſi poſt factam reſtitutionem. *s)* Et ita judicari teſtatur ✱ Faber in ſuo codice, *t)* item datur actio publiciana ſc. poſt factam, reſtitutionem. *u)* Denique datur & hypotheca-

c) §. 2. 16. I. h. l. 9. C. de fideicom.
d) §. 11. I. h. pr. J. d. ſing. reb. l. 78. ff. d. leg. 1
e) l. 94. §. 1. eod.
f) 8. 1. I. d. ſing. reb. l. 1. § 17. d. leg. 1. l. 6. § 1. d. legat. 3.
g) l. 8. §. 1. ff. d. Codic. l. 1. § 6. d. legat. 3.
h) l. 5. §. f. cum l. ſeq. d. leg. 3.
i) l. 6. §. 1. eod. Graſs. §. legatum. q. 13. n 3. de Barry l. 8. t. 5. n. 2. Mattheac. d. leg. l. 2 c. 1. n. 21.
k) l. 20. C. d. fideicom.
l) l. 69. §. 2. d. Legat. 2.
m) Graſs. §. fideicomm. q. 6. n. 3. Peregr. art. 1. n. 22.
n) l. 77. §. 3. d. leg. 2.
o) l. 1. & t. t. ff. de fideic. her. pet.
p) Peregr. art. 45. n. 18. ſeq.
q) n. 21. ſeq.
r) l. 32. ff. d. R. V. s) Peregr. art. 45. n. 33. t) l. 6. t. 26. def. 3. u) Peregr. d. l. n. 35.

thecaria *x*) non ſolum adverſus fiduciarium ſed & tertium poſſeſſorem. *y*)

## Tit. ultimus.

Poſtquam egit, Imperator de teſtamento perfecto ac ſolenni, ejusq; qualitatibus & effectibus, ultimo loco agit de teſtamento imperfecto ac minus ſolenni. id eſt Codicillis,

§. XXXVII. Codicilli â codice dicuntur quaſi teſtamentum parvum & minus ſolenni; Teſtamentum enim aliquando codex dicitur *z*) Et juvenalis Satyr. 10. codice ſævo heredes vetat eſſe ſuos. Videatur & Marq. Freher. *a*) Eorum originem & cauſam efficientem ſufficienter deſcribit Imperator pr. J. h.

§. XXXVIII. Vocabulum Codicillorum alias eſt πολύσημον, ita ut interdum, & quidem in ſignificatione, propria ac nativa libellum notet: interdum bullam ſive literas Imperiales *b*) interdum inſtrumentum ab ipſis teſtamenti tabulis ſeparatum: interdum ipſam ult: voluntatis diſpoſitionem. Et ita definitur, qvod ſit ſupremæ voluntatis juſta ſententia, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit ſine directâ heredis inſtitutione. *c*) In verbis: ſine directa heredis inſtitutione, differentia ſpecifica conſiſtit, quo reſpectu Codicilli teſtamentis opponuntur. *d*) Codicillis enim hereditas directò nec dari nec adimi poteſt; *e*) (Excepto milite) *f*) neque inſtitutioni in teſtamento factæ conditio apponi. *g*) Declaratio tamen heredis fieri poteſt in codicillis, *h*) & portio hereditatis deſignari; *i*) quo caſu nullâ deinde in codicillis portionis definitione factâ nihilominus heres erit, vel in reſiduo hereditatis: vel in toto aſſe, ſi nullum habeat coheredem. *k*) Eodem modô quamvis hereditas ſimpliciter adimi nequeat, ſi tamen in codicillis, alius inſtitutus ſit heres, inſtitutio ea valet, & heres directûs per hoc cenſetur rogatus, hereditatem reſtituere. *l*) Quod imprimis, obtinet, ſi in teſtamento

ſit

*x*) Bl. ad l. 1. C. com. d. leg.
*y*) Peregr. d. l. n. 49.
*z*) l. 1. §. 6. ff. d. bon. poſs. ſec. Tab.
*a*) l. 2. Pareg. [illegible].25.
*b*) §. 4. I. quib. mod. pat. pot. ſolv. l. 41. pr. ff. d. excuſ. tut.
*c*) Mantic. d. conject. ult. vol. l. 1. tit. 8.
*d*) l. 14. C. d. teſtam. l. 7. d. Codicill. eod.
*e*) §. 2. I. h. l. 10. ff. cod. l. 10 ff. de condit. Inſtit.
*f*) l. 36. ff. d. teſtam. milit.
*g*) §. pen. I. h. l. 27. §. fin. ff. de condit. Inſtit.
*h*) l. 77. ff. de hered. inſtituend. l. 10. ff. d. cond. inſtit.
*i*) l. 36. ff. d. her. inſtit.
*k*) d. l. 36. & Cujac. in d. l. 77. d. hered. inſtit.
*l*) Alex. 7. Conſ. 194.

ſit extraneus inſtitutus, in codicillis autem ab inteſtato ſuccedens, *m)* ſicut in teſtamento extraneis pupillariter ſubſtitutis, ſi in codicillis ſubſtituantur venientes ab inteſtato, poſterior ſubſtitutio valet. *n)*

§. XXXIX. Codicillos facere poſſunt, qui & teſtamentum, *o)* licet impræſentiarum impedimento aliquo facti impediti fuerint, quo minus teſtamentum condere poſſint. *p)* Et fiunt vel ab inteſtato: vel teſtamento facto. *q)* Hi generaliter dicuntur codicilli ad teſtamentum id eſt ad teſtamentum pertinentes. *r)* Sive ante, ſive poſt teſtamentum confectum, fiant *s)* & licet eorum in teſtamento nulla mentio facta ſit, *t)* teſtamenti jus tamen ſequuntur, ab eoque omnes vires capiunt, quo infirmato ipſi quoq; corruunt. *u)*

§. XL. Dividuntur Codicilli in ſcriptos & non ſcriptos ſeu nuncupativos; *x)* quorum hi impropriè, illi propriè codicilli dicuntur *y)* in utroq; nulla requiritur ordinationis ſolennitas. *z)* Sc. in comparatione cum teſtamenti ſolennitatibus, ubi ſeptem teſtes requiruntur & quidem ſpecialiter ad hoc rogati: *a)* hîc quinq; ſufficiunt etiam fortuitò accedentes. *b)* Ibi non ſolùm teſtium ſubſcriptio, ſed & ſubſignatio requiritur: *c)* hic ſola ſubnotatio ſufficit. *d)* Imò nec eam quidem quibusdam caſibus neceſſariam eſſe Graſſus, *e)* Vasquius *f)* & alii arbitrantur. Ipſius teſtatoris ſanè ſubſcriptio vel alterius ejus nomine non requiritur. *g)* In teſtamento mulier teſtis eſſe, nequit *h)* in codicillis contrà *i)* imò codicillos quoque quinque mulieribus teſtibus exiſtentibus valere ſtatuit Meyer *k)* à quô non immeritò diſſentit Zœſius. *l)*

§. XLI. An teſtamentum, an vero codicillos teſtator, facere voluerit, multùm intereſt, & variè colligitur; videatur Menochius *m)* & Mantica. *n)* Priori caſu enim teſtamentum omiſſis ſolennitatibus vel aliàs imperfectum non valet, ne quidem in vim codicillorum *o)* niſi clauſula codicillaris adjecta fuerit; *p)* hæc enim teſtamenti conſervandi gratiâ adjicitur, ut ſi non valeat ultima voluntas jure teſtamenti, valeat tamen jure Codicillorum & omni meliori modo. Neque tamen

*m)* l. 21. §. 3. C. de teſtam. *n)* Br. ad d. §. 3. l. 21. C. de teſta. Tepat. de cod. cit. c. 5. *o)* l. 6. § 3. l. 8. §. 2. & l. 9. ff. h. t. *p)* d. l. 8. §. 2. *q)* §. 1. I. h. l. 8. pr. ff. eod. *r)* l. 1 e§. 2. ff. d. tabul. exhib. l. 1. C. h. t. *s)* l. 16 ff. h. *t)* d. Barry. l. 1 de ſucceſs. tit. 6. n. 7. per l. 5. §. 14. ff. de his. quæ ut indign. *u)* l. 3. §. f. l. 10. 16. ff. h. l. 1. C. eod. *x)* l. ult. §. fin. C. h. *y)* Weſenb. in ω. ff. n. 3. h. *z)* §. f. I. h. *a)* §. 3. I. de teſtam. l. 21. C. eod. *b)* l. ult. §. f. C. h. *c)* d. §. 3. d. l. 21 *d)* d. §. f. Donell. l. 7. c. 19. lit. F. *e)* §. codicillus q. 1. *f)* lib. 3. d. ſucceſs. progr. §. 25. n. 23. *g)* l. 6. §. 1. 2. ff. h. arg. l. ult. §. f. C. eod. *h)* l. 20. §. 6. ff. de teſtam. *i)* Dd. comm. per l. 18 ff. de teſtibus & d. l. 20. §. 6. ff. d. teſtam. Dom. Carpz. p. 3. C. 1. d. 30. n. 2. & in decîſ. p. 2. d. 125. *k)* Coll. Arg. 1. 15. h. t. *l)* in comm. ff. h. t. n. 4. per l. 8. C. qui teſt ſac. poſs. *m)* l. 4. præſum. 3. *n)* d. conj. ult. vol. l. 2. tit. 3. *o)* l. 29. pr. ff. de teſt. l. 11. §. 1. ff. d. legat. 3. *p)* l. 13. §. 1. ff. h. l. ult. §. 1. Cod. eod. Tepat. d. l. c. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0023-2

men omne teſtamentum invalidum clauſula codicillaris conſervat; ſic enim teſtamentum, in quo liberi præteriti vel injuſte exhereditati, non valet, licet maximè addita ſit clauſula codicillaris *q)* quod jure novô verum eſt tantùm quoad inſtitutionem, non quoad legata & fideicommiſſa; *r)* item clauſula codicillaris nihil operatur, ubi eſt defectus voluntatis teſtatoris, *s)* quod hodie inprimis, obtinet cùm magis ex conſvetudine quâdam Notariorum, quàm ex voluntate & diſpoſitione teſtatoris hæc clauſula ſæpius adjiciatur; *t)* in dubio tamen ex voluntate teſtatoris adjecta præſumitur. *u)*

Sed de hâc materia videri poteſt late & eleganter Turret de effect. clauſul. codic. Fr. de Barry l. . 10. de ſucceſſ. tit. ult. Gail. & Carpz. loc. allegat.

q) l. 13. ff. d. in offic. l. 36. d. legat. 3. Fach. l. 4. controv. c. 11. Dom. Carpz. p. 3. c. 9. d. 12.
r) auth. ex cauſa C. d. lib. præter. Theſaur. deciſ. 128.
s) Gail. 2. obſ. 114. n. 12.
t) Gail. d. l. n. 9. Dn. Carpz. l. 4. reſp. 7.
u) Menoch. 4. præſum. 31. & id. conſ. 37. n. 133. ſeq. lib. 1.

# F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0024-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0025-4

ULB Halle 3
003 070 840

TA-OL

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0027-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0028-1

1662, 17
21

V.
ACADEMICÆ.
ROS.

# TIONUM
# ALIUM.

*M.*
VINTAM.
IV. XXV. LIBRI. II.
. PERMISSU.
RUM. ORDINIS.
ATORE.
O.
*SS. EXCELLENTISS.*
MÆO. LEON-
DENDORFFERO
STIT. P.P.
*ANNO CHRISTIANO*
*LXII.*
PERITORUM DISQUISITIONI
D JCTORUM.
Q. C.
CIET.
, HOLSATUS.
R.

---

*IÆ,*
ANI. MICHAELIS.

A. G. Böschenio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-559467-p0029-9